

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Philippi Melanchthonis Grammatica Latina**

**Melanchthon, Philipp**

**Wittebergae, 1621**

Caput XVII. Syntaxis verborum cum nominibus loci

[urn:nbn:de:bsz:31-112308](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-112308)

- Interdum accedit Præpositio Per, Ad, In  
vel Intra. *ut* : <sup>2</sup>

*Quæ nostra per tot annos vidit ætas.* Liv.  
*Vigilare ad multam noctem.* Cic.  
*Præsidia sunt in multos annos provisa.* Cic.  
*Invidiæ Germani intra annos quatuordecim  
rectum non subierunt.* Cæs.

△ Notentur & illæ formæ:

*Est in diem quod minitare.* Ter. Eun. 5. 7.  
auff borg.

*In diem vivere.* Cic. 5. Tusc. pro, non cogitare  
de crastino. In den tag hinein leben.

## CAPUT XVII.

SYNTAXIS VERBORUM  
cum Nominibus Loci.

## REGULA I

1. \*Nominibus Regionum, <sup>1</sup> Provinciarum  
& Insularum, Præpositiones, sicut & Appel-  
lativis adduntur, sive Verbis In Loco, sive Ad  
2. locum significantibus adjiciantur. *ut* : <sup>2</sup>

*Caius in Italia dominari cupit.*

*Caius ex Italia profectus est.*

*Fronspergius duxit exercitum in Italiam.*

† Rarò his detrahitur Præpositio, præcipuè

3. à Poetis & Historicis. *ut* : <sup>3</sup>

*Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.*

Ter. Eun. 1. 2.

*Germanicus Ægypto remeans. Tacit. lib. 2.*

(Italiam



*Italiam fato profugus Lavinag<sup>3</sup> venit littora.*  
Virg. i. *Æn.*

NOTA. † P E T O, in significatione Pro-  
ficiscendi, semper respuit<sup>4</sup> Præpositio-  
nem. ut :

*Dum ipse Italiam peteret. Liv. lib. i.*

*Lacedæmona classe petebat. Ovid. ep. i.*

△ Sic & rectè dixeris :

*Arceo hostem Italia, <sup>5</sup> urbe.*

*Exclufit venientem foribus, <sup>6</sup> Gallia.*

5.  
6.

REGULA II.

\* Urbium nomina sine Præpositione Ver-  
bis junguntur : & quidem si IN LOCO esse si-  
gnificatur, Primæ vel Secundæ Declinatio-  
nis Genitivo Singulari : Tertiæ autem De-  
clinationis, & pluralia tantùm, Ablativo. ut :<sup>1</sup>

*Sum Roma, VViteberga, Dantifci, Cartha-  
gine, Venetiis.*

1.

NOTA. △ I. Rarò etiam pro Genitivo Se-  
cundæ Declinationis reperitur Ablativus : &  
pro Ablativo Tertiæ declinationis, Dativus.  
ut :<sup>2</sup>

*Corinthe & Lacedæmone nunciata est victo-  
ria. Iust.*

2.

*Carthagini ego natus sum. Plaut.*

△ II. Elliptica<sup>3</sup> sunt.

3.

*Natus est Antiochiæ, oppido nobili.*

*Vixit VViteberga, oppido Saxonie.*

*Obiit Lipsiæ, oppido Misnia ; Philippis, oppido  
Theſſaliæ.*

III. Inter-



△ III. Interdum Græcorum more, Præpositio IN præmittitur Ablativo Proprii nominis, præsertim quando Appellativum accedit. *ut*:<sup>4</sup>

4.

*Sum in urbe Rōma.*

5.

Interdum & Præpositio AD,<sup>5</sup> Accusativo præmittitur. *ut*:

*Hec ad Ilerdam geruntur. Cæs. pro. Ilerdæ.*

*Quum in hoc statu ad Capuam res essent. Liv. pro. Capuæ.*

△ Certa quædam tam Appellativa, quam Propria Locorum nomina, eleganter Ablativo sine Præpositione efferuntur, quæ alioquin mediante Præpositione, & conveniente casu efferenda essent. *ut*:<sup>1</sup>

1.

*Terrâ nascentia. Nunc totâ Asiâ vagatur. Cic. Phil. 10.*

## REGULA IV.

\* AD LOCUM significat Accusativus Urbium, cuiuscunque Numeri aut Declinationis. *ut*:

*Noctuas Athenas portat. Proficiscor Romam. Confero me Witebergam. Carthaginem rediit Regulus.*

† Ad locum significantibus sæpè præmittitur Præpositio AD. *ut*:

*Venit ad Messanam. Cic. 7. Verr.*

*Adolescentulus, miles profectus sum ad Capuam. Cic. de Sen.*

Præsertim quando Adjectiva aut alia Appellativa accedunt. *ut*:

*Magnum*

*Magnum iter ad do.*

*Propert. lib. 1.*

*Ad Corinthos oppidum*

*Tametsi Ovidius*

*ne dixit: Atque ad*

*inquit, Athenas. ep.*

△ Interdum a

Ulysses:

Ulysses ad Normam

Ulysses ad Icomium

Dimissa passim

usque ad

REG

\* De LOCO au

tibus nominibus

*ut*:

*Unde venis?*

*Quâ ibis? V.*

† De loco

dum Præpositio

do Appellativu

*Naves ab Hip*

*Reposui a Le*

† Per locum

Præpositione PE

*Præconsul pro*

*est petitur*

RE

Nomina locor

locum natalem



*Magnum iter ad doctas proficisci cogor Athenas.*

*Propert. lib. 3. el. 20.*

*Ad Cirrbam oppidum iter constituit. Salust.*

Tametsi Ovidius etiam absque Præpositione dixit: *Atque aliquis, doctas iam nunc eat, inquit, Athenas. ep. Phyl.*

△ Interdum additur etiam Adverbium Usque. ut:

*Usque ad Numantiam misit. Cic. pro Deiot.*

*Usque ad iconium iter fecerim. Cic. ad App.*

*Dimissis passim ad frumentum coemendum usque ad Cumas. Liv. l. 2.*

## REGULA V.

\* De LOCO aut PER LOCUM significantibus nominibus Urbium, Ablativo utimur. ut:

*Unde venis? Lipsia, Tarento, Venetiis.*

*Quâ ibis? VViteberga, Lugduno, Parisiis.*

† De loco significantibus Ablativis interdum Præpositio præmittitur, præsertim quando Appellativum accedit. ut: <sup>1</sup>

*Naves ab Hippone solvere. Liv.*

*Repulsus a Lete oppido. Liv.*

† Per locum significantia, interdum cum Præpositione PER, Accusativo efferuntur. ut:

*Proconsul provinciam Baticam per Ticinum est petiturus. Plin. ad Cæl. l. 7.*

## REGULA VI.

Nomina locorum, sedem, aut domum, vel locum natalem notantia, cum Nominibus

Y

persona-



personarum vel rerum Ablativo junguntur ut:

Perf. *Video hospitem Zacyntho.* Plaut. Merc. 5. 2. i. e. *Zacynthium vel ex Zacyntho.*

*Hospitem Epheso.* Plaut. Bacch. 2. 2. i. e. *Ephesinum.*

*Paganum Medulis jubeo salvere Theonem.* Auson. epist. 4. i. e. *Medularum.*

Rerum. *Ficus Zacyntho.* Pl. Merc. 5. 2. i. e. *in Zacyntho natus, & inde huc advectas.*

*Cultros Bithyniâ.* Varro, i. e. *Bithynianos.*

*Mensam Libano.* Lucil. i. e. *cuius materiae Libano advecta fuit.*

*Soleas Syracusis.* Cato de re R. i. e. *Syracusanas.*

REGULA VII.

1. \* Propria Urbium imitantur & hæc Appellativa, *Domus, Rus, Humus, Belli, & Militie.* ut: \* **DOMUS**, *Sum domi.* <sup>1</sup> *Eo domum.* *Venio domo.*

† Etiam cum Possessivis, *Mea, Tua, Sua, Nostra, Vestra, Aliena, &c.* ut: *Malo esse cum timore domi mee, quam cum periculo domi aliene.* Cic. 1. Off.

*Aurum atque argentum domum regiam componant.* Sal. Jug.

*Balhus recta a porta domum meam venit.* Cic. l. 9. ep. 19.

2. Item cum Genitivo Possessoris. ut: <sup>2</sup> *Clodius deprehensus est domi Cesaris.* Cic. Att. l. 1. ep. 8.

3. † *Domos* in plurali, etiam Adjectiva admittit sine Præpositione, ut: <sup>3</sup>

Quod

CUM NO  
 spiritus: effra  
 Lond  
 Δ Domus non  
 nem admittit. ut:  
 Non est, nec at  
 laumar. H  
 \*RUS. Samru  
 Nora. T. L. F  
 loco, ut Rari. m  
 cu in urbe beatorum  
 Δ II. Rus in sit  
 sine Præpositione  
 Est tibi rure b  
 Rus urbanum  
 Sed in plurali  
 Iam ubi vo  
 eritis. L  
 HUMUS. H  
 \* Humi n  
 † PER TERR  
 IN TERRAM  
 5. E  
 Homo, signific  
 \* Via oculor  
 † Raro etiam  
 tim apud Poetas.  
 Et requirit bu  
 Humus signific  
 ante Præpositio  
 \* Projectus  
 † Etiam Humus



Quo ruitis? vestras quisque redite domos. Ov. ep.

Laod

Δ Domus nonnunquam etiam Præpositionem admittit. ut: 4

Non ebur, nec aureum Mea renidet in domo  
lacunar. Hor. l. 2. od. 18.

\* RUS. Sam ruri. Eo rus. Redeo rure.

NOTA. † I. RVRE, 5 etiam significat in loco, ut Ruri. ut: 6 Rure ego viventem, tu dicis in urbe beatum Horat.

Δ II. Rus in singulari, admittit Adjectiva sine Præpositione. ut: 7

Est tibi rure bono vinea. Ovid.

Rus urbanum contendit. Iustinus.

Sed in plurali Præpositionem postulat. ut:

Iam ubi vos dilapsi domos & in rura vestra eritis. Liv. l. 9. dec. 4.

HUMUS. Humi, significat IN TERRA. ut: 8

\* Humi nascencia fraga. Ovid. 1. Met.

† PER TERRAM. 9 Serpit humi. Plin. 9. 13.

IN TERRAM. 10 Procumbit humi bos. Virg.

5. Æn.

Humo, significat DE LOCO. ut: 11

\* Vix oculos attollit humo. Ov. 2. Met.

† Rarò etiam significat IN LOCO, præsertim apud Poetas. ut: Serpere humo. Ovid.

Et requievit humo. Ovid. l. 10. Met. & 1. Fast.

Humum significat AD LOCLIM, 12 mediante Præpositione IN vel AD. ut: 13

\* Projectus in humum. Tacit.

† Etiam Humus nonnunquam Præpositionem



nem admittit, quando significat In terra, vel per terram, vel à terra. ut:

*In nuda humo jacere. Ovid.*

*Repentes per humum sermones. Horat.*

*Viridemq; ab humo convellere silvam. Virg.*

3. *Æn.*

*Æquævumq; ab humo miserans attollit amicum. 5. Æn.*

14. † BELLI, MILITIÆ. *Belli & Militiæ*, solo Genitivo<sup>14</sup> localiter & absolute usi sunt Auctores. ut:<sup>15</sup>

15. \* *Belli spectata domiq; virtus. Hor. l. 2. ep. 1.*  
*Una semper militia & domi fuimus. Terent. Ad. 3. 4.*

## CAPUT XIIX.

### SYNTAXIS VERBORUM

#### Infinitorum.

#### REGULA I.

I. \* Accusativus<sup>1</sup> præcedit Infinitivum, perinde ut Nominativus Verbum finitum; & exponi potest per Nominativum & Coniunctivum. adjecta particula QVOD vel UT. ut:

*Aio te Æacida Romanos vincere posse. Enn. & pud Cic. 2. de Div. i. e. quod tu possis vincere Romanos. Vel quod Romanos possint vincere te.*

*Metiri se quemque suo modulo ac pede, verum est. Hor. l. 1. ep. 6. i. e. par est seu decet, ut quisque se metiatur, &c.*

Quando